Noverint universi quod nos Beatrix dei gratia abbatissa monasterii sancti Danielis Gerunde. Attendentes quod dictum monasterium habet sitam prope civitatem Gerunde Joveriam
vocatam de Montecrabio cum suis terris honoribus et pertinenciis suis. Attendentes etiam quod consideratis sumptibus qui pro laboracione ipsius terre et hono
rum et alia racione ipsius Joverie fuit necessario et fieri habent melius utilius et fructuosius est ipsi monasterio multiplici racione dictam Joveriam cum
suis terris honoribus et pertinenciis stabilire seu ad emphiteosim concedere sub certis censibus quod ad ipsam laboracionem tenendam ut etiam ipsam ad laborandum
concedere. Habitis super predictis et quolibet predictorum diligenti et frequenti consilio deliberacione et tractatu cum conventu nostri monasterii propter ea more solito con
vocati et congregati. Ideirco ipsius monasterii utilitate atenta de consensu voluntate et consilio dicti nostri conventus et etiam de auctoritate et expresso assensu Reverendi patris
in Christo domini Gastonis miseracione divina episcopi Gerundensis. Gratis et ex certa sciencia per nos et succedentes nobis in dicto monasterio damus et concedimus ad em
phiteosim sive ad accapitum vobis Berengario de Ullardello fornerio Gerunde et vestris perpetuo campum vocatum de furno Cui est de pertinenciis dicte Joverie
Qui campus affrontatur ab oriente parti in Carrigali dicte Joverie et partim in honore den Sarrossa mediante carraria A meridie in stabilimentis Petri Ca
pellet. Ab occidente et acircio in stabilimentis campi Gumen mediante carraria nova et in honore Petri de Certa. Predictum siquidem campum prout superius ter
minatur et affrontatur cum omnibus integritatibus et proprietatibus suis ingressibus exitibus et pertinenciis suis universis et singulis et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis
et de cetero faciendis vobis dicto Berengario de Ullardello et vestris perpetuo damus et concedimus ad emphiteosim sive ad accapitum. Salvo tamen iure et directo dominio
dicti monasterii tam in rebus laudismiis foriscapiis empcionis faciendis quam etiam aliis que ad directum dominium pertinere noscuntur. Habeatis preterea vos et vestri
nobis et nostris succedentibus in dicto monasterio annuatim censualiter in festo sanctorum Petri et Felicis unam migeriam frumenti boni pulcri sicci et mundi ad men
suram Gerunde seu ipsam deffendendam in foro allata vestris sumptibus in dicto monasterio. Et sic sub dictis modis et condicionibus constituimus nos dictam terram
terre nos vestro utrumque nomine possidere donec eiusdem rei possessionem tam de iure quam de facto adeptus fueritis corporalem in qua intrandi adipiscendi et re
tinendi plenam vobis et vestris damus et conferimus potestatem ad faciendum inde omnes vestras voluntates retentis tamen condicionibus supradictis. Et sic per nos et
nostros succedentes in dicto monasterio promittimus hanc concessionem et omnia et singula supradicta rata et firma habere tenere et servare et predictum campum cum suis
iuribus vos et vestros semper facere habere tenere et servare et etiam deffendere in pace contra cunctas personas et inde vobis et vestris firmiter teneri de evictione
et omni dampno et interesse litis et extra. Et pro predictis attendendis et complendis obligamus vobis et vestris omnia bona dicti monasterii ubique presencia et futura
Pro huiusmodi vero concessione habuimus et recepimus a vobis ad utilitatem dicti monasterii septuaginta solidos barchinonenses. Renunciamus excepcioni peccunie non numerate et non
recepte et doli. Et ego dictus Berengarius de Ullardello laudans et concedens omnia et singula supradicta promitto vobis dicte domine abbatisse et succedentibus vo
bis in dicto monasterio dictum censum unius migerie frumenti annuatim solvere termino supradicto allata ut est dictum. Et pro predictis attendendis obli
go vobis et vestris dictum campum tenere cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et de cetero faciendis. Quod fuit actum et tam a dicta venerabili ab
batissa quam dicto Berengario de Ullardello firmatum et laudatum octavo idus octobris anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tercio. Presentibus testibus ve
nerabili Bernardo de Lacu presbitero de capitulo Gerundensi et Petro de Villanova et Arnaldo de Torrente Gerunde. Predicta vero omnia fuerunt per dictum co
nventum more solito congregatum in capitulo dicti monasterii laudata concessa et approbata et etiam postea predicta omnia per dictum Reverendum dominum episcopum
Gerundensem laudata auctorizata et approbata .iiii. idus octobris anno domini predicto. Presentibus testibus venerabilibus Arnaldo de Palaciolo thesaurario et Bernardo
de Lacu presbitero de capitulo Gerundensi. Et similiter Arnaldus de Torrente baiulus dicti monasterii predicta firmavit pro baiulo coram testibus supradictis.

Sig+num Petri Massaneti notarii publici substitutus auctoritate regia a Bernardo de Torlano notario Gerunde publico qui hoc scribi fecit et clausit cum suprascripto in linea .xxv.
ubi dicitur de Ullardello.

11c 34 f 79
CTORS

10-10-1333 n.º 670

[illegible] pres cap [illegible]

[illegible] de Sfixenes [illegible]

[illegible]

T370 x 335

AC f 34 Pbre 2 del plec quint de Montirili

Stabliment de una pesa de terra [illegible]
de pertinensia de la Sonaria de
[illegible] Eribi a [illegible] de Vilardell
frener per laqual fa cens quiscun any
una migera de forment

699